

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CLXXXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CLXXXIV.

LITERÆ VENDITIONIS VICI LANGENSTEINBACH
 MONASTERIO ALBÆ DOMINORUM A FRIDERICO
 MARCHIONE BADENSI FACTÆ.

A N N O M C C X C V I .

Ex autographo Bada-Durlacensi.

Nouerint vniuersi presentem literam inspecturi, quod nos FRIDERICUS Dei gratia *Marchio de Baden* tenore presentium publice profite-mur, quod nos villam nostram Langensteinbach nobis jure proprietatis attinentem cum marchia tota & Campis, siluis, agris, pratis, aquis, viis, inuis, almendis, comunitatibus, & comoditatibus vniuersis, *besuht & unbesuht* & jus aduocacie, *dube, freuel, siure, bete, einunge, hobrecht & hertrecht* & vsu glandinum quod dicitur *deheme*, cum censibus & redditibus, & hominibus propriis, qui eisdem bonis attinent, vel qui nobis attinebant & tunc temporis in eadem villa morabantur, cum omnibus iuribus & vtilitatibus ac attinenciis vniuersis quocunque nomine censeantur, hec inquam omnia vendidimus & attestacione presentium vendimus claustro monachorum in Alba Cyterciensis ordinis, Spirensis Dyocefsis, pro quingentis quinquaginta libris Hallensium, quas nos integraliter recepisse per presentes, renunciantes & abdicantes pro nobis & nostris heredibus, coheredibus & successoribus vniuersis omni iuri & actioni, quod nobis & nostris in huiusmodi competebat vel competere quomodolibet videbatur, Transferentes eadem omnia in monachos ante dictos libere perpetuo possidenda, obligantes nos & nostros ac no-

fra ad veram & plenam warandiam & euictionem faciendam secundum
viam iuris super eisdem, vbicumque sepedictis monachis visum fuerit
oportere. In cuius rei euidentiam & perpetuo valiturum robur, pre-
sentem litteram sigillo nostro sepedictis monachis tradidimus communi-
tam. Acta sunt hec, Anno Domini M. CC. XC. VI. Mense Aprili.

||
(L. S.)



CLXXXV.

RUDOLFI III. MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ
QUIBUS VENDITIONEM VILLÆ LANGENSTEINBACH
CONFIRMAT.

ANNO MCCXCVI.

Ex autographo Bada-Durlacensi.

NOS RUDOLFUS Dei gratia *Marchio de Baden*, tenore presencium
publice profitemur, quod vendicionem, quam FRIDERICUS
fratruelis noster *Marchio de Baden* fecit Conuentui de Alba super villa
Langensteinbach & vniuersis attinenciis ibidem ratam & gratam habe-
mus & eam in nomine Domini confirmamus, abrenunciantes pro nobis
& nostris heredibus & Successoribus vniuersis, omni iuri & actioni siue
impeticioni, que nobis & nostris in hujusmodi competeabat vel competere

P p 3